



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 391. Siricii Pap. Annus 7. Valentin. 16. Theodosii 13.
Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14548

NE FORMI-
RE: SEI
AN: TEM
IVE CO-
MAM DE-
NONANT.

Non illis fas sit sacra adire mysteria, neque vili supplicationibus
merentur veneranda omnibus altaribus frequentare. Adeo quidem,
vt Episcopus tanto capite summam sibi inuenerit per miseriam, deiecit lo-
co, etiam ipse cum huiusmodi contubernio creator: ac non modo si
fieri iusserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique
esse quancumque ratione conperit, nihil sibi intelligit opulari. Hoc
absque dubio emendandis pro lege erit, emendatis pro consuetudinibus;
vt illi habeant testimonium, sibi incipient timere iudicium. Dat. XI.
Kal. Jul. Mediolani, Valentiniano A. IV. & Neoterio Coss. haec
ius constituto Theodosii.

LXX.
AMERO-
SIVS CO-
GIT THIO-
DOSIUM
AEROGA-
MILITOM
INIURIAM
EL. TIM. 5.

Cum autem Mediolani haec sancierit Imperator, ex
caulis (vt sibi videbatur) legitimis persuasus: quoniam
dum vltor sceleris exfurexerat, compellere etiam innocen-
tes; occurrit quamprimam vindice Ecclesiasticae liberta-
tis seuerus Regum censor S. Ambrosius: qui editam san-
ctionem ea ex parte compulsi abrogauit, qua periclitaba-
tur Fidelium erga Deum religio, & erga pauperes miseri-
cordia: alia vero ex parte, qua Apostolica inlinitio con-
fessabat immunis (nam Pauli a praecipio est, ne vidua
eligator minor sexaginta annorum) fuit in suo robore
perdurare. Theodosius igitur, Dei obtemperans sacerdoti,
aduersantem pietati a se editam sanctionem, contraria
lege promulgata, aboleuit, cum post duos ferme menses
ad eundem Tattianum ita rescripsit se.

bl. 1. de E-
pisc. Col.
Theod.
LXXI.
POST-
RORLEX
PALIORUM
REVOCAT.

Legem, qua diaconis vel viduis nuper esse promulgata, ne quis
videlicet clericus, neque sub Ecclesiae nomine, mancipia, suppellectilem,
praedam veluti infirmi sexus dissipator inuaderet, & remotis affini-
bus ac propinquis, ipse sub pretextu Catholicae disciplinae se ageret
vinctis hereditatis annuaduerit esse reuocatum, vt de om-
nium chartis, si iam nota est, asseratur: vique quiscumque aut litiga-
tor ea sibi venditum, aut iudex nouerit excipiendum. Dat. X. Ka-
lend. Septemb. Verona, Valentiniano Aug. IV. & Neoterio Coss.
Sicitaque abrogata parte illa legis, in qua libertas Eccle-
siastica dispensum passa erat: pars ea in suo vigore per-
manuit, qua iuniores viduae capillorum abscissione mag-
no scandalo vel saltem periculo intrudebant se in nu-
merum diaconiarum Ecclesiae: quod quidem perperam
agere, paulo ante adeo enormiter perperam scelus edoc-
uit. Vides quam conferat, lecto: ad germanum legum
sensum, rem gestam, causamque ipsam praenoscere, qua ab
Imperatore edita sanctio animatur; cuius signari eam in
longe diuersam falsamque sententiam distabant necesse
fuit, Theodosium iugillantes, quasi aduertenti fuerit
feminatum monasticam disciplinam. Meminit autem huius
late legis Marcianus Imperator, quam ratam firmamque
esse voluit, atque alia edita sanctione munivit: sed de his
non aitas pluribus.

c. Marrian.
Nouel. tit.
5. de iust.
cler.
LXXII.
d. Arel.
Vltor in
Theodol.
e. Ambros.
episc. 66.

Quod Imperator leges Theodosii spectat: laudatur ab
Aurelio Victore dicitur illa a Theodosio data, qua con-
suetudinem coniugium vetauerit. meminit huius quoque
legis S. Ambrosius ad Patrum libere, cum ait: Sed si
diuina reprobauerit, saltem Imperatorum praecipia, a quibus am-
plissimum accepisti honorem, hanc quoque aquam praeterire te debuerunt.
Nam Theodosius Imperator etiam patruos, fratres & consobrinos
vetuit inter se coniugii conuenire nomine, & seuerissimam penam
statuit, si quis temerare ausus esset fratrum praecipua: & tamen
illi inuicem sibi aequales sunt tantummodo, quia propinquitas ne-
cessitudine & fraternae societatis ligantur vinculo, pietati eos voluit
debere, quod nati sunt. Sed dicitur aliter laxatum. Verum hoc legi
non praedicat, &c.

LXXIII.
Fl. de in-
iust. nigr.
C. Theod.

Porro lex ista Theodosii perit, sed illa tantum extat,
quae Constantio tribuitur, sancita Romae, a Iuliano &
Lolliano Consulibus. Quod autem ait Ambrosius seuer-
tissimam penam a Theodosio aduersus hos fuisse sta-
tutam: quatenus illa fuit, reperies in constitutione Arca-
dii & Honorii Imperatorum, seueritatem eius legis imi-
tantum, qua (vt tibi dicitur) statuta erat pena ignis atque
bonorum profectio. Ex ista namque Theodosius,
opus esse seuerissima lege sancire disciplinam, qua Con-
stantii constitutione decretam essentis libido violata.
Sane quidem vt Romani ducerent consobrinas, nequa-
quam antiquo iure factum apparet, sed recentiorum, vt Plu-
tarchus auctor est, qui ait b: Antiquitas enim sanguine iunctas
Romani non copulabant, sibi matrimonia, & ne nunc quidem ma-

Fl. de in-
iust. nigr.
C. Theod.

Fl. de in-
iust. nigr.
C. Theod.

terterus aut forores: sero concessum fuit, vt ducere consobrinas liceret.
idque gratia populari potius, quam libere decerneret
Senatu factum affirmat, cum subdit: Per quidem pecunia in-
digens, alius honestus & gratia populari nemini inferior, consobri-
nam habere putabatur vxoris loco, ad quam hereditate dos magna
perueniat, eaque ratione diues ipse esse: cui cum esset eo nomine diues
dicta, populo omnia causa cognitione cum absoluit; decretoque fa-
cto, nuptias consobrinarum permixtae publice coniugio antem superio-
rum graduum interdixit haec Plutarchus. Intelligis, quanta
leuitate tanta res fuerit petra data: Pallas tamen est ex
hac lege a Genilibus inuidiam Theodosius, & egre feten-
tibus ad ius antiquum penes grauissimis reuocari. pro cu-
ius sanctionis defensione, & aliarum, in quas illi oblo-
qui non cessabant, Paulinus (vt suo loco dicitur) defen-
sionem scripsit egregiam.

LXXIV.

Purgauit igitur tanquam scopam Theodosius hac lege
non excrecentes solum Gentilium Romae libidines, sed
& aliorum Paganorum vbique degentium: siquidem
Graeci Ethnici antiquarum legum Solonis & Lycurgi au-
ctoritate, nec non Aegyptii ex antiquo more iureque pa-
trio non a consobrinas tantum, sed nec ab veterinis coniu-
gio abstinebant: audi enim Philonem, qui dum agit de
legibus Iudaeorum, quibus huiusmodi coniugia verita erant,
haec ait: Quamuis Atheniensis Solon hoc obseruaret in veteris
tantum germanis, eodem patre progenatis velinquit liberum. Contra
Lacedaemoniorum legislator veteris non interdixit conubio, sed sa-
lus eodem patre genitis. At Aegyptius videns vtriusque simplicitatem
& semperfecta placita, laxauit libidinem, & auxit in corporibus
animisque insanabile in alium intemperantiam, permixta licentia du-
cendi forores, sive per alteram parentem, sive per vtramque cognatam,
maiores pariter & nimios, aequalisue, ne gemellis quidem ex-
ceptis. haec Philo. Tot igitur tantaque in orbe Romano
aucta turpitudinum mala lex vna Theodosii in Ethnicis
sancte curauit, quae in Christianis ipsa religionis profes-
sio procul amouerat: nam (vt pluribus docet Theodoretus
libro de legibus) vna cum nomine Christiano, abdi-
catis omnibus prauis moribus, antiquisque turpibus
iniquisque legibus, diuinae, purae, iustae, sanctaeque leges
fermandae ab omnibus suscepra sunt.

Phil. de
Special. leg.

k. Cassiod.
lib. 7. form.
LXXV.
ORITVS
GALLA
AVGVSTI.

Sed illud quidem perperam factum, vt quod Christiani
Principes veteris sanctionibus, he inter consobrinas
matrimonium iniretur, iidem Principes id faciendi ali-
quando licentiam impertirent: quem usum vsque ad Go-
thos Reges in Italia regnantes perseuerasse, formula dis-
pensationis k a Cassiodoro conscripta declarat.

Hoc quoque anno Galla Augusta posterior Theodosii
coniux, Constantinopoli cum esset, ex hac vita migravit,
quam Arcadius sepeluit eodemque tempore in foro hanc
longe ab ecclesia erecta est columna, desuperque fuit
Theodosii argentea statua collocata: sed & obeliscum eriam
hoc anno in C. co Constantinopoli positum, affir-
mat Marcellinus sub huius anni Consulibus. Reliquit
autem Galla vnicam prolem, nempe filiolam, nomine
Gallam Placidiam, de qua suo loco dicendum pluribus
erit.

IESV CHRISTI
Annus 391.

SIRICII PAP. VALENTIN. 16. IMP.
ANNUS 7. THEODOSII 13.

CHRISTI annus trecentessimus nonagesimus primus
Cadic ibitur Fastis Consulatu Tatiani & Symmachi:
hic enim ob patrociniū patrio in cultus deorum (vt vi-
dimus) extra trecentessimū lapidē Theodosio relegatus,
sed restitutus, scripto iam (vt Societas ait) ad Theodo-
sium Apologetico, ab eodem est euectus ad Consulatum.
Quod enim Symmachus inrer Senatores primarius emi-
neret, & in reb. gerendis solertissimus ac sagacissimus ha-
beretur, cuius tantū nuru reliqui mouerēt; Theodosius
restitutus in Orientem, eū amplissimo magistratu voluit
demerere, ne quid turbatum ab eo aduersus Valentinianum,
quem solum relinqueret in Occidente, eōcitaretur.
Agit de huiusmodi Symmachi Consulatu a Theodosio

I.
SYMMACHVS
CONCI-
LIATVS
THEODO-
SIO.
I. Socrat. l.
5. 41.

a Prud. ad
uerf. Sym-
mach. li. i.

*auratum-
que

b Ito. de
Eugen. C.
Theod.

*metalli
QVA THEO-
DOSIUS
ADVERSUS
IDOLOLA-
TRAS.

c l. 11. cod.
ru.

d l. de A.
post. Cod.
Theod.

QVE THE-
ODOSIUS
ADVERSUS
APOSTA-
TAS.

Imperatore ei collato Prudentius, cum offendit Theo-
dosium nequaquam egredere tyrannice, cum Romæ cul-
tum idololatricæ abolendum lege sanciuisset: nam amplissi-
morum magistratum participes quoque Ethnicos esse vo-
luisse affirmat, cum ait: *Nec pago implicito per debita culmina mundi
Ire viros prohibet. Quoniam castissima nunquam
Terrenis solutum per uer gradibus obstant,
Ipsæ magistratum tibi Consulit, ipsæ tribunal
Contulit, oratimq; toga donauit amictum
Cuius religio tibi displicet. ô peruenitum
Assertor diuum, solus qui restituendas
Volcani, Martis, Iulios, Venerisq; perorat.*

& que sequuntur.
II. Ceterum ne Symmachii honoris præstantia quicquam
sibi arrogaret Gentilicis superstitione, idem Theodosius
tunc nouis eam rursus, antequam recederet ab Italia, exa-
griat sanctionibus; quarum prima data mense Februarij
sic habet:

Impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius
AAA. Alimo PP.
*Nemo se hostis polluat: nemo insontem victimam cadat: nemo
delicta adorat: templa persulcret, & mortali opere formata simu-
lacula suscipiat: ne diuini atq; humani sanctioribus reu fiat. Indi-
ce quoque, hanc formam continent: ut si quis profano ritui deditus
templum visitum, vel in itinere, vel in Vrbe adoratum intraverit,
quindecim pondo auri ipse proximum inferre cogatur: nec non officium
eius parenti immam famuli maturitate dissoluat, si non & obliterit
Iudici, & consilium publica attestacione reuelerit, Consulatus senas,
Officia eorum simili modo, corrigetores & presides quaternas, appa-
ratione; illorum similem normam aequali sorte dissoluat. Dat. III.
Kal. Mart. Mediolan. Tatiano & Symmacho Coss.*

III. Potro hæc sanciuisset Theodosius ex Senatufcon-
sulto, cum Iatis Comitibus, singulorum Senatorum est ro-
gata sententia: de quibus ita Prudentius:
*Affice quam pleno submissa nostra. Senatu
Decernant infame locis puluinar, & omne
Idolum longe purgata ex Vrbe fugandum.
Qua vocat egregi sententia Principis, illac
Libera eam possidet, tum cor de frequentia transit:
Nec locus inuidia est, nullum vii aspera terret:
Ante oculos sic velle patet: nulli, probatum,
Non infam, sola captiuatione sequuntur.*

Rursum vero idem Theodosius ad Aegypti magistratus
aliam eiusdem argumenti dedit sanctionem, his verbis
conscriptam:
Idem AAA. Eugenio Prefecto Aegypti & Romano
Comiti Aegypti.

IV. Nulli sacrificandi tributatur potestas: nemo templa circumeat: ne-
mo delicta suscipiat: interclusio sui nostra legu obsequio profanos
aditus recognoscant: adeo ut si qui vel de diis aliqui contra vetitum
sacrisq; molietur, nullis excusandam se indolgentia recognoscant. In-
dex quoque, si quis tempore administrationis sue, fretus privilegio
potestatis, polluta loca sacrilegus temerari intrauerit: quindecim
aureisq; Officium vero eius nisi collatis viribus obuertat, parenti
summam arario nostro inferre cogatur. Dat. XV. Kalend. Iulij,
Aquilie, Tatiano & Symmacho Consulibus. hæc adue. sus Gen-
tiles.

V. Quod vero sciret idem Theodosius Imperator, esse
inter Christianos nonnullos, qui conciliandi sibi Impera-
toris gratia, ex deorum Gentilium cultu ad Christianam
se religionem contulissent, eisdemq; pro conditione re-
rum actemporum paruo momento huc & illuc impelli-
re eos in sulcepte religiois contineret officio, huic vo-
luit legibus coercere:

Impp. Valentinianus, Theod. & Arcad. AAA. Flavianus PP.
*Hi, qui sanctam fidem prodiderint, & sacrilium hæresis profana
nauerint, a consortio omnium segregati sunt, a restitutorum alieni, te-
stamentis (præter iam sancimus) non habeant saluum, nulli in
hereditate succedant, a nemine scribantur heredes. Quos etiam præ-
cepissimus procul abici ac longius amandari, nisi prius visum fuisse
esse maiora, ver fieri inter homines & hominum carere suffragiis.
Sed nec vniquam in statum pristinum reuertentur: non flagitium*

morum obliterabitur penitentia: neq; vniua aliqua exoptata de-
fectionis aut munimmi obducatur. Quoniam quidem eos, qui fidem
quam Deo ducunt, polluerint, & prodentes diuinum mysterium
in profano migrarunt, tueri ea, que sunt commenticia & concinna-
ta, non possunt. Lapsi etenim & errantibus subuenitur perditis vero,
hoc est, sanctum baptisma profanantibus, nullo modo panitentia,
que solet aliis criminibus prodesse, succurritur. Dat. V. Kalend. Marj,
Concordia, Tatiano & Symmacho Coss.

At ne videretur ipse Imperator eiusmodi sanctione vo-
luisse tantum errantem in fenate plebeculam, paucos
post dies appendicem adiecit ad coercendos eos, qui in
sublimiori gradu collocati essent, ita ad eundem Flavianum
relebens e:

*Si quis splendor collatus est in eo vel ingenitæ dignitatis, qui fide-
demq; mente cecati, a sacræ sanctæ religionis cultu & reuerentia
desinissent, ac se sacræ sanctæ mancipasset, perdat: ut de loco suo, sta-
ticque deieci, perpetua vitanur infamia, ac nec in extranea quidem
vulgi ignobili parte numeretur. Quis enim huic cum hominibus posse
esse commune, qui in sensu & seruitibus mentibus gratiam com-
munionis exoptat, ab hominibus recesserunt? Dat. V. Id. Marj, Con-
cordia, Tatiano & Symmacho Coss.*

His ergo cohibiti legibus. Gentiles nobiles, & qui hono-
ris ac quietis causa in gratia Theodoti Christianæ fidei
cultum fuerant amplexati ego ferentem animo huic vici-
nici vinculis, de nouo in Occidente Imperatore creando
meditanti cœperunt, postquam Theodosius Constantinopoli
rediisset, quod scirent abiq; eius patrocinio Valentinianum
adolecentulum imbellē per facile medio tolli
posse. Res igitur in annum sequentem dilata est, quod ipse
Theodosius ad huiusmodi prope finem motum traxerit
in Occidente nam auctor est Socrates seu dem Impera-
torem recedente ex Italia, Constantinopolim peruenisse
quarto Idus Nouemb. Quo cum aduentasset, nihil anti-
quius habuit, quam vt ab soluta basilica, quam in honore
S. Ioan. Baptistæ in Septimo sumpto esse erigendam curat,
inuenit sub Valente Imperatoris tempore capite-
iudem S. Ioannis Baptistæ in eam ex Coslari vico prope
Chalcedonem posito transferret. Cōstat quidem auctori-
tate Sozomeni atq; Prosperii iuniorum fecerit scilicet
bentium, id postreditum Theodosio ex Italia esse factum
antequam Valentinianus Imperatoris occuberet. ceteri
anni vnius errore lapsus videtur Prosper, nisi id vni-
bratorum accidit, dum eiusmodi translationem capit
factam tradit per Theodosium anno superioris vbi Con-
sularu Valentiniani quarto atq; Neoteri, cum omnium
assertione liqueat, ipsum non ante presentem annu Con-
stantinopolim rediisse, reuerfium autem istud ipsum cu-
rante. Quam obrem nec audiendum Cedrenum putamus,
qui eiusmodi translationem ad annum sextum Theodo-
si refert, vel qui ad posteriora reponit tempora. At quid
de his in primis Sozomenus tradat, audiamus q:

Circa hoc tempus Constantinopolim translatum fuit Ioan. Ba-
pistæ caput, quod Herodias ab Herode Tetrarcha petierat. Fortur au-
tem fuisse repositum apud monachos quosdam scilicet Macedoniam:
qui cum primum Hierosolymis habitassent, postea migrarunt in Ci-
liciam. Sub eo autem Imperio, quod ante præsentem hoc fuit (nempe
Valentis Augusti) indicante Mardonio, qui domus Imperatoris
maior emolus erat, iussit Valenti illud Constantinopolim trans-
ferri. Itaq; illi, qui in hoc missi erant, publico vehiculo temporum a-
gebant. Sed vbi ad Pantichium peruenissent (qui locus est Chalcedo-
ni non vltimus procelere valuerunt multi, qui vehiculi trahebant,
& quidem comminantibus equis omnibus, & auriga flagris acriter ir-
gente. Cum autem nihil proficerent, videreturq; cunctis & ipsi quod
Imperatori res ea non sine miraculo & numme diuino geri: sacrum
hoc caput in Coslari pago deposuerunt: erat enim in forte in proximo,
& ad Mardonij butus ditacionem vertebat. Circa hoc autem tempus
sue Deo sine ipso Tropheta existante, venit in hunc pagum Theo-
dosius Imperator. Cui quidem, cum Bapt. sit reliqua tollere vellent,
solum auant restitisse Mardoniam: ea erat virgo sacra, sed quam se-
dæperunt nimir & cultos.

Cum autem illa cunctis viribus resisteret, ratum eam non esse co-
gendam, precibus contendebat Imperator, vt conuolueret. Et post-
quam grate cessisset, triuim fusc Imperatori quod conuolueret, ex-
coerata, quod tempore Valentiniani* accideret: porpora sua tibi,

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

PROVINCIA ET ADDA PER- SIS CHRE- STIANI.

In qua tacebat caput involvens, accipiebat, ac reversus ante urbem Constantinopolitanam conuulsi, in loco, quem Hebdomon vocant a-
 digne ibi in honorem Dei amplissimo pulcherrimoq; templo. Ma-
 tronam porro, quamvis frequenter ac multum preatam & blandu
 pollicitationibus adortus esset, inducere Imperator non potuit, vt ab
 opinione sua desisteret, erat enim secta Macedoniana. Quamquam
 tamen V' incensus presbyter eiusdem secta sanctor, qui & ipsam &
 Prophetam locules aquo venerabatur, & sacerdotio in hunc ipsum
 ysum fuisse datur, & vestigio secutus est, & cum his, qui de Catholi-
 ca Ecclesia erant, communitatis, cum quidem vti Macedoniam di-
 cunt) cum iur curando professus esset, se ab eorum opinione non
 quam esse recessurum. Sed ille ad extremum id hac adiecta conditio-
 ne mansisse terminauit: Vt si baptista sequi vellet Imperatorem,
 & ipse quoque cum eodem abijce omni hesitatione consensientia com-
 munitaret. Fuit autem his natione Persa, & cum sub Imperio Con-
 stantii persecutio Christianis affligeret, fugiens vna cum Adda con-
 sobrina suo, ad Romanos venit, atque ipse quidem in clerum allectus
 est, & ad presbyterij dignitatem processit: Adhuc autem vxore ducta
 plurimum profuit Ecclesie, & filium reliquit Ascentium, virum er-
 ga Deum fide, erga amicos promptitudine insignem, vita integram
 litterarum amatorem, & omnigena tum Gentium, tum Ecclesia-
 sticorum eruditione prealtum, moribus commodis, licet Imperatori
 & aulicis familiaris esset & in bellicis expeditionibus splendide se ges-
 sisset, verum illum quidem crebra mentio est tum apud probatissimos
 quosque monachos, tum apud homines studiosos, qui ipsam familia-
 riter cognouerunt. Matrona vero vsq; ad obitum in Coelapago ver-
 sata est, vixitque generose admodum & castre, & sacre virginibus
 profuit, quarum etiam nunc multas superesse intellexi, que mores
 dignissima per Matronam accepta digno representant hucusq; So-
 zomenus.

X. HISTORIA A MACEDONIANO AVCTOR ACCEPTA.

Sed quoniam a Macedoniano homine noscitur eius-
 modi historiam mutatus, auctorem minime citandum
 putauit: at quisquis ille fuerit, scete fauit, dum suis adscri-
 ptis eiusdem sancti precursors Domini inuentionem ca-
 pitis, illius vero custodiam tribuit Matrone virgini. Qua-
 obrem hęc omnia ad lapidem Lydium adiuuanda sunt;
 vt que veritate subsistant, que te nutent, perspicue possit
 intelligi. Atque illud in primis certum est, translationem
 facturam reliquiarum nequaquam fieri hoc tempore so-
 litam curru, equiforbibus, & aurigis, sed Episcoporum hu-
 meris pompa solemni. Accipe, quid sub Arcadio Theo-
 dosii filio dicat factam S. Hieronymus de reliquijs Sa-
 melis Prophete, cum ex Palaestina in Thraciam delatae
 sunt: *Sacrilogum, inquit, dicens est & nunc Augustus Arca-
 dius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudaea transfuit
 in Thraciam: Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui iudi-
 candi, qui rem vilissimam & cineres dissolutas in serico & vase au-
 reo portauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurre-
 rent sanctis reliquijs, & tanta letitia, quasi presentem viuente[m],
 Prophetam cernerent, susceperunt, vt de Palaestina vsque Chalcedo-
 nem conuectur populorum examina, & in Christi laudem vna vo-
 ce resonarent? &c. Porro eorum quidem & Episcopii ipsi hu-
 meris sacratissima Ioannis pignora, & non curras, quem
 gula traherent. Accipe de his exemplum aliud, quod idē
 S. Hieronymus scripsit de sancte Paulae de sancte corpo-
 re, quod quidem Episcoporum humeris ad sepulcrum e-
 latum fuisse affirmat: *Translata, inquit b. Episcoporum mani-
 bus & cernicis feretro subijcentibus. En vides, quibus ruiibus
 & qua pompa essent, transferretur, solent sacre reliquias,
 que quidem religionis officia adhibita esse, & cum
 latius exhibita digno triumpho in euectione venerandi
 capitis magni Baptiste, recentioris Elize, terrestris Angeli,
 precursoris Domini, Prophete & plus quam Prophete,
 Veritatis praeconis, amici sponsi, & magno martyris, ne-
 gare quis poterit?**

XI.

Rursum vero ad confutandam eandem ex Macedo-
 niano auctore peritam historiam, hac adiciamus. Quam
 in susse fingitur altercatio illa Theodosii Imperatoris cum
 Macedoniana femina, & abiecta nimis illis cum precib.
 & blanditijs postulatitanti Principis pro assensu jo-
 tanto ab haeretica virgine muneris, quae capere & vedica-
 re nō licuisset, nisi illa praebuisset assensum: cum nemo nō
 sciat, ex his, quae superius dicta sunt, eundem Imperatori ē
 Macedonianos & alios haereticos exagitate legibus seue-

rissimis. Facillime igitur commenta isthaec: illudq; vniu-
 ratum firmumque ex Sozomeno habeatur, post reditum
 Theodosii ex Occidente, factam esse ab ipso eiusdem fa-
 cri capitis in Hebdomon, in basilica ea de causa illic ere-
 ctam, translationem id affirmantibus etiam (vt dictum
 est) ex Latinis eiusdem temporis Prospeto, & qui post i-
 psam secuti sunt, & ex Graecis post Sozomenū Cedreno d,
 atq; Nicophoro. Cuius pii studij Theodosium, etiam ad-
 uertantium demonum testificatione, magnum constat
 esse premium consecutum, cum pugnantem pro ipso Ioan-
 ne Baptista in difficillimo bello pollentem viribus Euge-
 genium expugnauit tyrannum, vt suo loco patebit.

Ceterum quod spectat ad eiusdem venerandi Bapti-
 stae capitis inuentionem, nulla est vera historia, quae tot
 obuoluantur ambagibus, & variatum dubitationū com-
 plicata sit nodis. Etenim apud Acha f Matrone Pergensis
 ea contigisse fertur tempore Leonis Imperatoris atq; Ve-
 rinæ Augustæ, non cum primum apud Herodis regiam
 inuentum est, sed cum in agro Emetæ ciuitatis repertum.
 Apud Marcellinum Comitem aliter facta esse inuentione
 capitis legitur, Opilione & Vincomalo Consulibus; sub
 Imperatoribus Valentiniano & Marciano, anno Domini
 quadringentesimo quinquagesimo tertio, apud quē ipsa
 prior atq; posterior eiusdem capitis inuentione pluribus en-
 nartatur: apud Marcellinum dixerim potius, quam a Mar-
 cellino, vt pote ab aliquo illius addita Chronico, quod
 perbreuib; quidem rerum monumentis ab ipso elabo-
 ratum esse constat, non autē longioris alicuius narratione
 historice: vt plane appareat, conlarcinatoris futura pannū
 nouum veteri conlutum vestimento. Sed grauiorib; sca-
 cet erroribus quod apud incertum habetur auctore in tra-
 ctatu illo, qui apud Cyprinum extat de reuelatione ca-
 pitis Ioan. Baptiste, dum post illam, quam recitat ex Mar-
 cellino auctore, primam in palatio Herodis inuentionem
 factam tempore Marciani Augusti, posteriorem addit per
 Marcellinum presbyterum, atq; ab eodem allatur ipsam
 caput Alexandriam, datumq; Iurando eius ciuitatis post
 Theophilū Episcopo. Quis hic, rogo Iurandus successior
 Theophili? An Cyrillum post Theophilū sedisse, potuit
 aliquid ignorasse? Sed illud monstruosius, quoniam pacto
 valuit successiori Theophili Ioannis caput afferri, cuius
 prior inuentione ab ipso facta dicitur sub Marciano, poste-
 rior vero, cū Alexandriam translatus fuit, longe postea?
 Sed nuge sunt istae, ac plane somnia, cum ex his dicendū
 esset, ante illud acceptum a successiore Theophili, quam
 primo inuentum fuerit: cum tamen nonnisi post secundā
 inuentionem Alexandriam translatus esse dicitur: certa
 enim temporum ratio, et si aliae decissent probationes, ista
 omnino redarguit atq; confutat.

c Sigillat.
in Chron.
& alij.
d Cedreno.
in compend.
& Nicoph.
p. 1. c. 49.
XII.
ALIA DE
INVENTIO-
NE CAPITIS
HISTORIA.
f Metaph.
dis 8. No-
uemb. Sup.
1000. 6.

XIII.

Prætermittimus hic de tertia ibi posita eiusdem Ioan-
 nis (vt ibi dicitur) inuentione capitis & in Gallias facta
 translatione plurib; agere: nā cum mendacis in primis ea
 innitatur historia, noua, vt subsistat, iacienda essent eidem
 fundamenta, atq; si posset, docendū in primis, quo modo
 illud ipsum, quod constat Constantino polim esse trans-
 latum, postea delatum fuerit Alexandriam. At est quod
 conuicere valeas, lector, ex iis, quae idem incertus auctori-
 bi habet, cuiusnā Ioannis caput illud fuerit, quod in Gal-
 lias translatus est, Baptista ne, vel alterius Ioannis. Sed
 audi, quæso. Dicitur ibi reuelatum fuisse cuidam Felici
 monacho, d. Ctumq; illi: *Felix surge concitius, & pergens ad ciui-
 tatem Alexandria, inuenies ibi Ecclesiam in honorem sancti Ioannis
 Baptista consecratam, vbi caput eius cum tribus pueris inuocentibus
 conditum est, &c. Porro inuenies in Actis Cyri & Ioannis
 martyrum g. a Cyro Memoriam et eccliam fuisse Alexan-
 dria trium puerorum, Ioannemque martyrem collegam,
 Edellā oriundum, capite truncatum: vt plane coniectura
 non leuis sit, huius Ioannis capitis factam esse Alexandria
 in Gallias translationem. At diximus de his in Notis b.
 Verum vt ad inuentionem Baptista capitis, de qua agitur,
 reuertamur: ferebatur Gelafii tempore ea de re historia
 quaedam, de qua sic ipse: *Irem scripta de inuentione capitis S.
 Ioan. Baptista, nouella quidem relationis sunt, & nonnulli ear Catho-
 lici legunt. Sed cum hęc ad Catholicorum manus aduenient, beati-
 nite**

h. Sigillat.
Metaph. dis
31. Jan. 1. c.
p. 1000. 4.
& Sar. 1. c. 1.
ea die.
h. Sigillat. id
Rato. Mar.
dis 9.
Alj.
i. Gal. 1. c. 1.
Cone. Euseb.
dicit. 11. li.
1. b. 1. c. 1. 1.
p. 1000. 6.

Fault

GRÆSI
CINSVRA
Q2 ASVGL
LIT.
al. Theof. 5.

XIV.
h. Ectat a
jud. Sm. 4
tom. 4.

DVPLEX
AB ECCL
SIA GELB
BRATVR
INVENIO
CAPITVS
IOAN. BA
PTIST.
e. Damaf.
in Const.
Eccle.

XV.

d. l. 10. de
hæres. C.
Theod.
THEODO
SII DE
LIT. HA
RETICOS.
* NOM
ROM.
SOCRATES
ERRORIS
ARGVITVR
e. Socr. li. 5.
c. 10.

XVI.

XVII.
Socras. l. 5.
c. 10.
NOVATIA
NIMTER
SI DIVISI

Pauli Apophthi præcedat sententia a: Omnia probate quod bonum est, tenete. hæc ipse. At non exilium Gelasium intelligere potuimus eam de revelatione capituli inscriptionem, quæ apud Cyprianum extat: nam longe post Gelasii tempus scriptam esse, ex Pipini memoria ibidem recensita, nemo non videt. Quamobrem cum nouam eam dicat esse relationem, equidem puro de illa intelligere, quæ nouissime traditur facta temporibus Marciani recentiorum enim illa nullam inuenies.

Insuper ex his, quæ superius dicta sunt, & ea confutatur, quæ apud Metaphrasen b leguntur in oratione de translatione manus eiusdem Ioannis Baptistæ: nimirum à Iustiniano Imperatore translaturum esse ex Emela eiusdem præcursoris caput, quod obignatum dicitur fuisse signaculo Constantinid enim idcirco ab auctore creditum, quod idem Iustinianus Imperator eiusdem Ioannis Baptistæ templum erectum in Hebdomo restituit: quod à Theodosio edificatum, Sozomenus, qui illud videre potuit, Constantinopoli cum esset, affirmat. Porro tam apud Græcos, quam Latinos publicis monumentis duplex memoria annuenciaria die peragitur duplicis eiusdem præcursoris capituli inscriptionis, quarum prior illa dicitur facta ex Ruderibus antiquæ Herodis regis; posterior vero ex uigis Emelæ, vnde translaturum est Constantinopolim, in cuius solemnitate Ioannes Damascenus e ista habet: Sicut diuinum depositum occultum terre Christus detexit caput tuum nobis à Propheta & præcursor: amicus igitur simul presciti, in diuini inuentione cantibus Deoquis Saluatorum laudamus, salutem animas nostras supplicationibus tuis. At de his hætenus constat qui plura velit, quæ eodem argumento in Romano Martyrologio annotauimus.

Iam vero quod reliquum est ferum gestarum Theodosii anni huius, absoluamus. Quod enim cepit Orientalis Ecclesiam ab omni hæreticorum labe purgatam profors reddi, eiusmodi edidit vitimo mense anni huius sanctionem d:

Hæreticorum pollutam contagia pelli vrbibus viuis, proturbari, ac nullis penitus tubemur patere conuentibus: ne quouam sacrilega cohort: talium hominum colligatur. Nulla eorum peruersitati vel publica conuenticula, vel latiora erroribus scripta tribuantur. Dat. XIV. Kalend. Ianuarij, Rom. * Tatiano & Symmachio PP. CC. Coss. Ex hac quidem constitutione Socrates erroris arguitur, dum ait, non nisi Eunomianis hæreticis à Theodosio exagitatis; reliquis autem, vt Arianis, & Nouatianis, conuentus agere permissum, finem habet, dum statum præsentis temporis hæreticorum in Oriente describit: Eæ porro res, quæ etiam apud alios, Arianos dico, Nouatianos, Macedonianos, Eunomianosq; gesta sunt, commemorare, opere pretium arbitror. Nam Ecclesia cum semel esse diuisa (imo ipsi ab Ecclesia diuisi) non vna diuisione acquerunt; sed homines ab se mutuo a uersis, alter altero denuo secesserunt: atq; adeo exiguum leuiculamq; occasionem nacti, mutua communiõnis consociationis, ne vincula disruperent. Preinde qua ratione, quando, & quibus de causis inter se dissenferint, consequenti sermone ostendemus.

Illud interea intelligendum oportet, Theodosium nentnem istorum exagitasse, præter Eunomium quem, quantum Constantinopoli domi sue conuentus egerat, libros ab se editos palam ostenderit, multos deniq; sua doctrina labe infectos, in exilium mitti iussit. Reliqui vero neq; mol. sua quicquam exhibuit, neq; secum communiare cogit: sed singulis copiam fecit in locis separatis conuentus agendi, & ita de religione Christiana sentiendi, vt quisque de ea opinionem conceperat. Atq; vt alij omnibus scilicet potestatem permisit ecclesiam sibi extra ciuitates construendi: sic Nouatianis, vtpote in silo Consubstantialis cum eo consentientibus, dedit mandatum, vt ecclesias suas (sicut à me supra commemoratum est) intra vrbes, aut alter & libere feruerent. hæc Socrates: sed quam vera sint de alijs præsertim hæreticis, tum super recitate, tum reliquæ superius de scriptæ lare aduersus hæreticos leges, apertam fidem faciunt, nosque alias de his eundem auctorem erroris arguimus.

Porro de schismate Nouatianorum hoc tempore inter ipsos conlato, hæc idem Socrates subdit f: Cum post ægelium Marcianum Episcopus Nouatianorum esset creatus: Ecclesia illorum tali de causa diuisa est. Sabbatum quidam ex Indeo factum

Christianis. & a Marciano ad præbiterij dignitatem euectum, nihilominus iudicium religionis qua animus erat ante occupato, seruire laborauit: quinetiam simul Episcopatus adipsendi cupiditate inueniuit. Itaq; nactus duos præbiteros Theodosium & Marcianum sua cupiditate aduersos, tempore & morem festi Paschalis celebrandi, qui in Pazo * vico Phrygia, regnante Valente, fuerat ante dicti: a Nouatianis decerni tentatus erat, renouare cogitauit. Ac quancumq; primum simulatione monastica vite excolenda, ab ecclesia recepit, sibi, nonnullis, quos mysteriorum communiõne indignos censelat, permagis ostensionis fuisse docuit: tamen haud ita multo post, dum conuentus separatum agere inuisitaret, se manifesto aperuit. De quibus rebus certior factus Marcianus, suum ipsum in præbiteris ordinandis errorem & insitiam propterea magno per accusauit, quod homines tam inanis glorie appetentes ad munus præbiter exercitaret: atq; ex auctore sibi suo censens, dixit, multo fuisse latius, manus suas super spicas inposuisse, quam carnis impositionis Sabbatum ad gradum designasse præbiterij.

Idcirco angarij est hoc tempore in Bithynia prope Helenopolim fuit Concilium Episcoporum Nouatianorum conuocatum. Qui cum essent in vrbi coacti, acerrime Sabbatum, eumq; causam animi sui essent in Concilio proponere iubuit. Ac simulq; illi distinctionem de festo Paschalis celebrando causam attulerat, cur animo esset essent: (sicut enim tam ad consuetudinem à Iudeis in eo feruam, ad præsertim non manq; eorum, qui in Pazo conuenerant, celebrandum esse dicebat) Episcopi in Concilio congregati, suscipientes illi festo Episcopatu desiderio tam rem causam esse, toruendo hominib; obstruunt; vt Episcopatum nunquam caperent. Ista ea de re iustitandum dat. Illi dum canonem edunt de festo Paschalis: quem canonem, ad hoc opus id est, indifferenter vocabant: docebantq; distinctionem de festo Paschalis non sicut iustitiam causam esse, cur Ecclesia dirimeretur: neq; ut, qui in Pazo coacti fuissent, præiudicij generati canonis scilicet. Nam veteres, qui proxime à temporibus Apostolorum abierant, quancumq; de hoc festo inter se dissidebat, tanquam inter ipsos multo communiage, nec aliquando vincula ruptis cõcordes. Quinetiam Nouatianos, qui Romæ, quæ est ciuitas primaria, vitam debebant, tamen nam quæ in eo festo morem Iudeorum sequerentur, sed semper post æquinoctium Paschalis celebrarent, tamen cum illis, qui eiusdem erant fides, quicq; alium morem in festo illo agendo seruabant, minime discordiam exercebant. hæc de nouo canone, quem auctorem communem vsum Ecclesie Catholice Nouatiani statuerunt: quod nõ adhaerere, nihil aliud fuisse, quam schismate à Catholicorum communiõne diuisi, iam satis superius demonstratum est. Porro subdit de Sabbato, iterum priuatos conuentus egisse, & contra iniuriam Episcoporum se creati palam esse.

Cum autem idem auctores falsa quadam assumptione affirmet, licuisset cuilibet abiq; dispendio Catholice veritatis celebrare qua die Pascha vellet: hæc sane ille, vt ex ipse Nouatianus suos Nouatianos excuset Episcopos, vnius occasione Sabbati in ita uersum acti. Dumq; subdit quod ad ritus spectat, peculiari licere suos cuiq; vendicare, dumq; diuersarum Ecclesiarum ritus recenset, magno per quidem errore labitur (vt de reliquis agere prætermittamus) dum ait g: Qui sunt Romæ, tres septimana ante Pascha, Sabbato & Dominico exceptis, simul unanimes: sed hæc certa demonstratione refellimus superius, dæ egimus de Quadragesimo primo Annali. Sicut & quod Sozomenus b ait, semel tantum in anno Romæ Alleluia cantari solitum, cum superius sit demonstratum, etiã in ipsis defunctorum exequiis confueuisse Romæ occini Alleluia. Vel quod dæ his agens longe mentitur Nicephorus, dum ait i: Neq; Episcopus, neq; alius quisquam in Ecclesia Romæ ad populũ, docens, verba facit. Sed quid inceptus dici potest? Nonne S. Ambrosius recitat sermone Liberij Papæ ad populum habitũ, cum totor ipsius sacrum velũ vrginitatẽ professã accepit? Nonne S. Leonis & S. Gregorij ad huc extant homilia ad populũ dictæ? Sed puro quidẽ, eosdem Nouatianos auctores, Nouatianorum ecclesiarũ, quæ in diuersis locis toto ferme orbe Christiano disperserant, mores insinuare voluisse: vel nullo delectu habito Catholicorũ & Orthodoxorum eorãdẽ ritus simul committant, confusillæque. Nam quid est, ogo, quod ait Socrates k: In Theof. salia aliam consuetudinem inuadisse noui, vt ibi qui clericus sit, si cu vxore, quam cum esset laici duceret, postquam clericus factus sit, dormierit, clericatu abdicari sit: id adeo cum omnes illustres

* Pappus

XVIII.
ELEGORVS
NOVATIA
NORVM.

XIX.
ELEGORVS
SOCRATES
DE RITV
BVS ECCLIE
IARVM.

g. Socr. l. 5.
c. 10.

i. Nioph. l.
12. c. 34.

k. Socras. l.
5. c. 11.

preby

presbyteri in Oriente, & Episcopatum modo ipsi voluerunt, nulla lege coacti ab exterioribus admittantur, dum Episcopatum gerunt, etiam liberos ex vxore legitima procreant? An non his contraria proflus scribebatur hoc tempore (vt dictum est). Hic in omni aduersus Iouinianum: diaconos sollicitos, & vniuersum chorum sacerdotale, nec ministrante, nec offerre hostias Deo potuisse, qui fuerunt operti coningali: nam & assertionem quoque Iouinianum (vt ait) confictam esse non potuisse Episcopum, quin Episcopatu filios faciat: alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vitenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Quem quidem morem tam in Occidentalibus, quam in Orientalibus Ecclesiis viguisse, satis superius est demonstratum: vt non sit opus hinc iterum eandem legendis fastidio iterare.

Subdit vero Socrates a de Arianis Quoniam Ariani inter se ipsos diuisi sunt ob hanc causam. Quoniam controversa capitosaque inter eos quotidie agitate, illorum dissertationes ad absurdum quasdam sententias & opiniones proreuerant. Nam quoniam in Ecclesia crederetur Deum esse Patrem Filij Verbi: questio inter eos orta est, vtrum Deus, antequam Filium existeret, Pater dici posset. Et quia Verbum Dei non ex Patre generatum, sed ex non essentia extitisse opinabantur: in primo & summo questionis capite lapsi, non sine causa in absurdam contentionem incidunt. Dorotheus igitur ab illo Antiochia accessit, dixit, non posse Patrem aut esse aut vocari, si non excipiat Filium. Marinus, quem et Thracia ante Dorotheum exortauerat, tempore opportunum nactus (agere enim ferbat Dorotheum sibi prelationem) contraria sententia patrociniū suscepit. Quia de causa ipsi inter se diuisi fuerat. Ac cum propter inane illam voculam, qua erat ante prolatam, essent seuerius separati alter ab altero conuenitus fuerant: & qui parabant Dorotheum, in propriū ac suis locis manserunt: qui autem Marinus sententiam sequubantur, extruxerunt sibi ecclesiam, conuentumque, seorsim egerunt: denique docuerunt, Patrem semper Patrem fuisse, etiam cum Filius non existeret. Appellabantur hi Patristriani, postea quod Theodotus quidem p[ro]pheta, id est, placitauerunt venditor genere Syrus, ardentis studio hinc opinioni patrociniū est. cuius sententiam secutus est Selenus Gothorum Episcopus, vni genere permixto ortus: nam pater eius Gothus fuit, mater autem Phryx. addidit etiam subditam fuisse eiusmodi sectam in alias duas partes. Sed quid in his recensendis immoror, cum & exemplis recentibus spectemus oculos, quolibet ferme die hereses parere haeretes, nec mente ferme integro haereticos patinos inter se sibi ipsi constare: qui vti iam illos, de quibus agimus, Arianos imitari videntur, de quibus idem aucto: hac fuit dicit: Quamobrem multi clerici, qui erant de istorum Episcoporum ecclesia, odio contra eos ob conuerationem illam ex inani gloria cupiditate ortam concepto, ab illis descuerunt, seque totos adixerunt fidei Constantianae.

Post haec autem Socrates de Eunomianis agit in alias sectas inter se diuisi, inter quas nouissimas illas ponit, quarum alteram à Theophrasto Eunomio theophronianam, alteram vero ab Eurychio Eonomicu ychianam tradit appellatam. Sed & Macedonia inter se ait fuisse dissidentes sententia. Verum hoc peculiare haeretibus omnibus, vt quoniam abhorrent à veritate, quae vna eademque semper fides vigor, haereticorum vero esse, non dicā Ecclesiam, sed profitubulum, in quibus non vna semperque manens cognoscitur sponsa, sed exposita pro cuiuscunq; concupiscentia concubinae. At his dimissis, iam reliquas huius anni te gestas ordine profsequamur.

Annus hic tertius agitur, ex quo S. Augustinus in Africam reuersus, vna cum focis laicus vixit (vt Possidius ait) longe à curis secularibus, orationi, lectioni, ac scriptiōibus vacans: quo ipse à Valerio Episcopo Hicponensi ceatus est presbyter, cum ageret gratis annum trigésimum septimum; de cuius ordinatione haec idem auctor dicit: Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi Catholica Valerius sanctus Episcopatum gerebat. Quin cum fugitante Ecclesiastica necessitate, de providendo & ordinando presbytero cimitati, plerumque Dei allaquebatur & exhortaretur: iam scientes Catholici S. Augustinus propostum & doctrinam, manu inuicta (quoniam & idem in

populo securus & ignarus quid futurum esset, abbas) tenuerunt, dolebat autem laicus, vt nobis dicebat, ab eis tantum Ecclesiam, quoniam habent Episcopos, suam abstinere praesentiam. Vigebat namque mos ille, vt quem eruditione & moribus insignem populus nosset, eundem viri raptam, reclamantem licet, offerrent Episcopis ordinandum: quod plane contrigit Augustinus, de quo Possidius: Eum ergo tenerunt, & vt in talibus confectum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id vno consensu & desiderio fieri perficere, petentibus magnopere studio & clamore flagrantibus, vbertim eo flente: nonnulli quidem lacrymas eius (vt nobis ipse retulit) tunc superbe interpretantibus, & tanquam eum consolantibus, ac dicentibus: quia locus presbyterij, licet ipse maiore dignus esset, appropinquaret tamen Episcopatu. Cum ille homo Dei (vt nobis retulit) maiori consideratione intellexeret, & emerit, quam multa & quam magna sua vite pericula de regimine & gubernatione Ecclesiae impendere iam ac prouenire spectaret, atque adeo fieret. Et eorum tunc, vt voluerunt, completum est desiderium. Porro de eadem vi sibi ab Hipponensibus adhibita testatur ipse Augustinus in epistola ad Albinam. Ceteri sic creatus est presbyter, vt regimine Ecclesiae Valerius illi concederet. Vnde Possidius subdit:

Factus ergo presbyter, monasterium intra ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruo vivere cepit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime vt nemo quicquam primum in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur vnicuique, sicut opus erat: qui dicitur ipse prior fuerat, dū de transmarinis ad sua venisset. Quod igitur S. Augustinus primus fuit, qui monasticam vitam instituta inuexit in Africam, eademque primus sequare cepit, alitque seruanda tradidit: inde accidit, vt Donatistae putarent eiusmodi vitam genus in ipso fuisse excogitatum: nam sic ipse aduersus Petilianum f. Deinceps perrexit ore maledicus in vituperationem monasteriorum & monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitae me fuerit institutum: quod genus vita omnino quale sit, nescit, vel potius toto Orbe notissimum, nescire se fingit, eue xerit ipse ex Italia eiusmodi viuendi formam: videtur enim (quod ipse testatur) apud Mediolanensem ciuitatem nobile monasterium, confecerat & Romae plura eademque peregrinia, quae tanquam beatorum ciuim choros laudantur: quam quidem disciplinam & multatus, in Africana Ecclesia quam primum instituire conatus est: scilicet vero his in primis haereticos aduersarios, nempe Donatistas, de quibus etiam superius dictum est.

Ceterum iam ante presbyteratus, ad huc laicus, vna cum suis locis, de quibus diximus, dem vitam genus in Africa excolerat apud Tagastem; sed nondum aliquod ab eo instructum fuerat monasterium, cuius exigendi gratia se Hipponem contulerat, Hipponensem ciuem Agentem in rebus, cuius Possidius me meminit, conuenturus, à quo fuerat accersitus. At etiam incanduit, haec ipsa omnia ab ipso met Augustino ad populū pro cōfessione narrante percipere ait enim h. Querebam, vbi constituerem monasterium, & viderem cum fratribus meis. Spem quoque omnem seculi reliqueram: & quod esse potui, esse nolui: nec tamen quaeuis esse, quod sum. Elegi in domo Dei mei abiectione esse magis, quam haberi in tabernaculo peccatorum. Ab eis, qui diligunt saeculum, segregari me sed eis, qui praesentem populū non me cogitant: nec in conuicio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem & abiectum, & placuit illi dicere: Ascende sursum. Vt sique adeo autem tenebam Episcopatum, vt quoniam me ceperat esse alicuius iam momenti inter Dei seruos fama mea, in quo loco sedebam non esse Episcopum, me illo accedentem cauebam. Et hoc agebam quantum poteram, vt in loco humiliter saluaret, nec in alto periclitaret. Sed vt dixi, Dominus seruo contra aliter non debet. Veni ad istam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio. Quasi seruus me habere, quia locus habebat Episcopum. Apprehensus presbyter factus sum, & per hunc gradum perueni ad Episcopatum. Non attuli aliquid, nec veni ad hanc Ecclesiam, nisi cum eis indumentis, quibus illo tempore vestiebar. Et quia hic disponenda esse in monasterio cum fratribus: conuicio instituto & voluntate mea, beatae memoriae Senex Valerius deus, mihi hortū illum, in quo nunc est monasterium. Cuius boni propostij fratres colligere, comparare meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me: vt quo modo ego tenuem paupertatam meam vendidi & pauperibus erogari, sic facerent & illi, qui mecum esse volebant

XX.
Socrat. l.
p. 22.
DE ARIANIS
INTER
SE DIUISIS.

XXI.
Socrat. l. 5.
p. 21.
DE EUNOMIANIS
INTER SE
DISSIDENTIBUS.

XXII.
Possid. l. 1.
p. 1.
DE APOSTOLICIS
INSTITUTIS
ET RITIBUS
DE P[ro]pheta.

e August. epist. 225.

XXIII.

e August. l. 1. c. 40.

XXIV.

e Possid. l. 1. c. 3.

e August. de diuers. ser. l. 1. c. 4.

vt dicitur

XXV.

ut de communi viveremus, commune autem nobis esset magnum & vberissimum pradium ipsi Deo, hæc ipse.

Verum quod dicit Possidius, Augustinum factum presbyterum, monasterium intra ecclesiam mox instituisse: aliter se rem habuisse, cum præcedens S. Augustini sermo declarat, tum quæ subdit his verbis: Perueni ad Episcopatum: vult necesse habere Episcopum, exhibere humanitatem agendam quibuscumque, venientibus, sine transiuntibus: quod si non fecissem, Episcopus in manu diceret. si autem consuetudo ista in monasterio permisa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium clericorum. hæc ipse; quibus declaratur, non nisi factis ipso Episcopo, accidisse quod ait Possidius, constituisse ipsum Augustinum monasterium intra ecclesiam: ut ex his videas duo ab eo erecta fuisse Hipponense monasterium, alterum vel adhuc presbyter esset in hortu; alterum vero cum factus est Episcopus, in ipsa Episcopali domo, quæ in hærens esse solet ecclesie. Instituit postea & monialium monasterium, eisdemque regulæ vivendi præscripta, sicut & clericis fecerat. Ex hac quidem Augustini plantatione accepti palmites longe lateque diffusi, tum in Africa, tum etiam in aliis plerisque Ecclesiis Occidentis fructu vberissimo locuplerarunt Ecclesiam. Mansit Augustinus presbyter in annos quatuor (ut auctor est S. Prosper in Chronico) quarto post hunc anno, sub Consulatu Olybrii & Probinii, fuit creatus Episcopus.

2 August. epist. 109.

XXVI.

LIBELLUS SUPPLIX AUGUSTINI AD VALERIVM EPISCOPO. HIP. b Apud August. 4. epist. 148. XXXVII.

Cum autem ordinatus Ecclesie Hipponensis presbyter S. Augustinus a S. Valerio Episcopo cogere tur Dei verbum populo ministrare: ipse cum non tantæ esse doctrinæ sibi videretur, ut tam grande munus obiret, in diuinis Scripturis fieret eruditior. Extat adhuc ipsius libellus precum ea de causa tunc oblati Valerio, dignus quidem, qui hic integer describitur: sic enim se habet:

Domino beatissimo & venerabili, in conspectu Domini sanctæ charitatis carissimo patri, Valerio Augustinus presbyter in Domino S.

Ante omnia peto, ut cogites religiose prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius & latius & hominibus acceptabilius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si persuntioris atque adulterioris res agatur: sed nihil apud Deum miserum & tristius & damnabilius. Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo ministratur, quo nosse Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à prævitiis, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore, quo discrete ceperam, vix mihi facta est, merito peccatorum meorum: nam quid aliud existimem nescio) ut secundus locus gubernatorum mihi tradere tur, qui remitti tenere non noveram. Sed arbor Domini meum propterea me sic emendare voluisse, quod multorum peccata in carcerem, antequam expertus essem, quid illic agatur, quasi doctus & melior reprehendere auderem. Itaque postquam missus sum in mediu, tunc sentire capi temeritates reprehensionum mearum, quamquam & antea periculosissum iudicarem hoc ministerium. Et hinc erant lacrymæ illæ, quas me fundere in civitate ordinationis meæ tempore, nonnulli fratres animadvertierunt; & visceribus causis doloris mei, quibus poterunt sermionibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen dono animo consolati sunt.

XX VIII.

Sed multo valde, multo amplius expertus sum, quam putabam: non quia novos aliquos statum aut temperatissimè vide, quas ante non noveram, vel non audiveram, vel legeram, vel non cogitaueram; sed ad eas evadendas aut perseverandas solertiam & vires meas omnino non noveram, & aliquid momenti arbitrabar. Dominus autem irrisit me, & verbis ipsis ostendere voluit me ipsam mihi. Quod si non damnando, sed miserando fecit (hoc enim spero) certe vel nunc cognita cogitamine mea, de quo Scripturam eius medicamenta omnia perscrutari; & orando ac legendo agere, ut idem valetudo anima mea ad tam periculosam negotia tribuatur: quod ante non feci, quia & tempus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso accitend tempore ad cognoscendas divinas Scripturas cogitarem, & sic nos disponere vellemus, ut nobis otium ad hoc negotium posset esse. Et quod verum est, nondum scribam, quid mihi desisset ad tale opus, quale me nunc torquet & conterit. Quod si propterea in te ipsa didici, quid sit hominis necessarium, qui populo ministrat sacramen-

tum & verbum Dei, ut iam non nisi licet affligi, quod me habere cognovi: inde ergo, ut precam, pater Valeri, vbi est charitas tua? Certe diligit me, certe diligit ipsam Ecclesiam, cui me sic ministrare voluisti: & tamen certus sum, quod & me & ipsam diligit. Sed patas me idoneum, cum ego melius me noverim, qui tamen nec ipse me nescim, nisi experiendo didicissem.

Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellem scire, quid desit instructioni tua. Tam multa autem sunt, ut facilius possem enumerare, quæ habeo, quam quæ habere desidero. Antequam enim dicerem, scire me & plena fide retinere, quid pertineat ad salutem nostram. Sed hoc ipsum quo modo ministrarem ad salutem aliarum, non quæcumque quod mihi vitale est, sed quod multum, ut salvi fiant: & sunt fortasse aliqua, in quibus non est dubitandum esse in sanctis libri corrupta consilia, quibus cognitis & apprehensis, possit homo Dei verbum Ecclesiæ: cui ordinariis ministrare, aut certe inter manus iniquarum vel vitæ conscientia favore, vel mori, ut illa vita non amittatur, cui vni Christiana corda humilia & mansuetis suspirant. Quo modo autem hoc fieri potest, nisi quem admodum ipse dominus cedit, petendo, querendo, pulsanando, id est orando, legendo, planquendo? Ad quod negotium mihi paratum tempus vel usque ad Pascha impetrari velui per fratres à tua sincerissima & venerabili charitate, & nunc per hæc precor volo.

Quid enim responsum Domini Iudici? Non poteram ista temerè, cum Ecclesiæ negotio impellerer? Si ergo mihi licet: Serve nequam, si vlla Ecclesia calomniolus aliquem patere tur, cuius fructibus colligendis magna opera impenditur, neglecta agro, quem rigant sanguinis vero, si quis agere pro ea possit apud Iudicem terra, nonne omnibus conscientibus, nonnullis etiam inobediens & cogentibus pergeret; & si contra te iudicaretur, etiam transire prope scisciteretur: atque hoc modo vel animo, vel amplius ad sententiam nulla querela renocaret, nisi alius possideret terram, non animam, sed corpori pæperum necessarium, quorum tamen famem vicia arborenta multo facilius, nubiq, gratias, si diligenter colerentur, explerent? Cur ergo ad descendam agriculturam meam, vacationem temporis tibi desisse causari?

Dic mihi, quid respondeam, rogo te. An forte vix dicam: Senex Valerius, dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discrete permisit? Attende omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonitatem & severitatem Christi, per misericordiam & iudicium eius, per eum, qui tantam tibi inhiarant erga nos charitatem, ut nec pro lucro anima nostra audiamus offendere. Sic autem mihi Deum & Christum ressem facio innocens & charitatis & sinceritatis, quem circa nos habes, quasi ego non de his iurare omnibus possum. Ipsam ergo charitatem & affectum imploro, ut miseraris mei, & concedas mihi ad hoc quod rogavi tempus quantum rogavi, atque, adiuvas me orationibus tuis, ut non sit inane desiderium meum, nec instructio Ecclesie Christi atque utilitati fratrum & conseruorum meorum absentia mea. Scio quod illam charitatem pro me orantem, maxime in causa, non desiquit Dominus: & eam sicut sacrificium suavitatis accipiam, fortassis breuiore tempore quam postulavi, me saluberrimo consilio de Scripturis suis reddet instructum. huc usque libellus supplex Augustini ad Valerium Episcopum Hipponensem.

Quis hæc audiens, non existimet aliquem loqui hominem rudem, & sacrarum literarum ignarum, quiq, Christianorum Theologie vix artium penetravit? At non hic ille Augustinus, qui ante hoc tempus pro defensione & illustratione Christianæ religionis tot tamq, discretos ediderat commentarios aduersus philosophos & hæreticos, nempe contra Academicos & Manichæos, elucubratosq, libros, De beata vita, De ordine, & aurea illa, Salsiputina, De immortalitate anime, De disciplina, De moribus Ecclesie, De anima quantitate, De libero arbitrio, De Genesi aduersus Manichæos, De Musica, De Magistro, & De vera religione: Quingentum talia tantaque præstitit in hac die vniuersæ Catholicæ Ecclesie, an non sufficiens erat, ut publice doceret populum Hipponensem? sane quidem, sed id præstitit, quod sciret nihil in Ecclesia Dei maioris esse negotii, quam Euangelium prædicare: susceperat enim hoc ministerium Christus, & postoli ab eo missi, & Prophete, cui tamen idem ante id ipsum munus obituri à Deo vocati, resistentes interdu & nonnulli magna Dei gratia roborati susceptum profectum sint opus, tale: nam que esse consueverunt præcones Catholice veritatis; hæretici vero contra, illi sumiles, de

quibus

Hier. 13.

XXXIII. DIVIN. SCRIP. TA.

b. Aug. 13. ep. 13.

c. Eccl. 8.

XXXIV. PRESBY. TARI IN AFRICA DOGEM INCIP. VIT. d. Possid. qu. 5. Au. 13. ep. 13.

PRESBY. TARI IN AFRICA PRADI. CAN. EV. ANG. LIVM.

c. Mart. 5.

XXXV. AVERLIV. EPISCOPIVS CARTHAG. PROM. VIT PRES. BYTEROS AD DOGEM DVM.

f. Aug. 13. ep. 13. p. 145.

XXXVI. h. Hier. 13. ep. 13. RAPRE. HENDI. TYR CON. SPETVDO AFRICA N. EC. CLIA. IL. C. P. 14. * conlio. nica 7

quibus Dominus : Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.

Sed quid præterea: Qui diuinarum Scripturarum mare magnum ac spatiosum manibus sæpius nauigio firmæ fidei, & remigio præclaræ ingenii, atque secunda diuini Spiritus flante aura, tentata; eius immensa valuit superatus, vix extremas vndas littora verberantes vibus fibus est attingisse. At ne hæc me putes fingere, vel coloribus pingere; audi ipsum ad Volusianum scribentem: Tanta, inquit, est Christianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficeret, si quis ab incante pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer ad discere: non quo ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate: sed cum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua pie recte, non viuatur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbra aculis opaca intelligenda præsentibus resstant, tantaq; non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligenda sunt, lætæ altitudinis sapientia, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scripturæ quodam loco habet: Cum confiam auribus hominis, tunc incipit, hæc ipse. Ex his probe puro, intelliges, etiam si non ingeram; quanta leuitate, temeritate, & audacia hoc nostro seculo apud hæreticos credatur diuina Scriptura ceteris donibus.

Tentauit S. Valerius, quod ante nullus Af. icanorum Episcoporum attigerat, nempè ut presbyter Euangelium prædicaret, cum non nisi Episcopi id obirent muneris; ait enim Possidius d. Sanctus vero Valerius ordinator eius, ut erat vir pius & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat, suis exauditis à Domino fuisse preces, quas se frequentissime fuisse narrabat, ut sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei edificare: cui ferè homo natus à Græcis, nimisq; Latina lingua & litteris instructus, minus vitalem peruidebat. Et eadem presbytero potestatem dedit, coram se in Ecclesia Euangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra vsu quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum. Vnde etiã in nonnullis Episcopi detrahebant. Sed vir ille venerabilis & prouidus, in Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, utilitati Ecclesiæ consulens obrectantium non curabat linguas, dummodo salutareretur à presbytero, quod à se Episcopo imperi minime posse cernebat. Vnde accessit & ardens eleuata super candelabrum & lucerna, omnibus, qui in domo erant, lucebat. Et postea currite & volante huiusmodi fama, bono præcedente exemplo accepta ab Episcopo potestate, presbyteri nonnulli coram Episcopo populi tractare ceperunt verbum Dei, hæc Possidius.

Et quidem non Ecclesiæ tantum tenens, sed ipsa primatum totius Africanæ provincie gerens Carthaginensis Ecclesiæ, & eius Præfæs Aurelius nuper creatus Episcopus eiusmodi Valerii est imitatus exemplum: quod ut accepserunt Augustinus & Alipius, magno gaudio exultarunt, & litteris congratulati sunt ei ista scribentes: Impletum est gaudio qd nos vestrum & lingua nostra exultatione, nuntiantibus litteris tuis sanctam cogitationem tuam, adiuuante Domino, qui eam inspirauit, ad effectum esse perductam, de omnibus ordinatis fratribus nostris, & præcipue de sermone presbyterorum, qui te præsentem populo infunditur, per quorum linguas clamat charitas tua maiore voce in cordibus hominum, quam illi in auribus, Deo gratias. Nam quid melius & animo geramus, & ore pronamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest Deo gratias, qui te & tam fideli peccatore ditauit erga filios tuos, & id, quod in intimo animi habebas, quo humanus oculus non penetrat, educit in lucem, donando tibi non solum, ut bene velles, verum etiam in quibus possit apparere quod velles, hæc ipsi læticia affluentis, quod ceperunt in Ecclesia Carthaginensi docere presbyteri. Tanto namque decuit præcentore nouum occini cantum Domini.

Improbata igitur fuit & irrita reddita ea Africanæ Ecclesiæ consuetudo, qua iuberentur tacere presbyteri: nam eam his verbis fugillat S. Hieronymus dum ait in epistola ad Nepotianum h. Pessima consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis, tacere presbyteros, & præscriptibus Episcopis non loqui, quasi æt. imideant, aut non dignentur audire. Et si alij inquit Apostolus Paulus fuerit reuelatus sedenti, prius tacet: potest enim per singulos prædicare, ut omnes discant, & omnes audiant: & spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est, non enim dissonus Deus, sed

pacis. Gloria patri est filius sapiens. Gaudet Episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes, hæc Hieronymus, ostendens ex Apostolica institutione manare, ut doceant presbyteri in Ecclesiis; idemq; Nepotiano normam præscribit quomodo presbyteri populum docere deberent.

Sed ad Augustinum redeamus: cui factio presbytero aduersus Manichæos certamen incundum fuit. Sane tunc, inquit Possidius h. in illa Hippone si vrbe Manichæorum pessilenti quam plurimos cines & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducens & decipiens eiusdem hæresis quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem conuersante atq; manente, inter alios autem seductus fuerat quidam eiusdem Augustini amicis nomine Honoratus, ad quæ restituendam ad pietatem, scripsit de utilitate credendi cõmentarium, eo quod irriditur Fideles, qui ctedere iuberentur: vbi plura habet de præstantia fidei Christianæ, & certitudine in credendo. Addidit & aduersus eodẽm hæreticos de duabus animabus cõmentarium, quo refellit eos dicentes alteram à patre, alteram vero creatam à principio tenebatur. Sed & sequenti anno idem Hippone discessit cum eodem Fortunato Manichæo, de qua disputatione suo loco dicturifumus.

Inter hæc Aurelius Episcopus Carthaginensis, cū haud pridem ex diacono eiusdem Carthaginensis Ecclesiæ factus esset Episcopus, litteris salutauit Augustinum presbyterum hoc ipso presbyteratus eius exordio, cum coallescere inciperet fratrum cõtus, & Alipius cum eis vitam ageret; quod suis ad Aurelium redditis litteris ipse Augustinus significat, quibus & cum hortatus est, ut prauos mores, qui in Ecclesia Africana creuissent, auferret: tãnam enim spem se concepsisse de eo testatur, cum ait: Scias itaque domine beatissime & plenissima charitate venerabilis, non despicere nos, imo sperare vehementer, quod Dominus & Deus noster per auctoritatem personæ, quam geris, quam non carni, sed spiritui tuo impositam esse confidimus, multas carnales faditates & egreditines, quas Africana Ecclesiæ in multis patitur, in paucis gemis, Conciliorum gratitate & tua possit sanare. sed quæ in vniuersa Africana Ecclesiæ corrigenda essent, his verbis inculcat: Cum enim Apostolus tria breuiter genera vitiorum detestanda & vitanda vno in loco posuerit, de quibus innumerabilem vitiorum exurgit segetem: vnum horum, quod secundo loco posuit, acerrime in Ecclesia iudicatur: duo autem reliqua, id est: primum & vltimum, tolerabilia videntur hominibus, atq; ita paulatim fieri potest, vt nec vitia iam patentur. Ait enim V. de electionibus: Non in confessionibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & dolo: sed induite vos Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Horum ergo trium, cubilia & impudicitia tam magnum crimen patantur, vt nemo dignus non modo Ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculauit, & recte omnino.

Sed quare solum; cõfessionibus enim & ebrietates ita concessæ & licite patantur, vt in honore etiam beatissimorum martyrum non solum per dies solennes (quod ipsum quis non legendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidiana celebrentur, & paulo post: Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, & eorum conuiniarum, quæ priuatis parietibus conuiniarum, accipiamusq; cum eis corpus Christi, cum quibus panem edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. hæc cum S. Augustinus inculcet, dicatq; in iisdem conuiujs prægustari folitum corpus Christi: plane puto intelligi, lector, de Agapibus ipsum loqui, ex institutione Apostolica in Ecclesia olim, Paulo docente, fieri consuetis: laudabilis quidem institutio, quam tamen prauus vsus corruperat: nam symbola charitatis in luxum transierant, & ebrietatem, quæ quidem eam in Ecclesiis transmatinis Augustinus viderit fuisse correcta, in Africanis optat per Aurelium emendari, atq; idcirco subdit:

Hæc sÿrma Africa tentaret auferre à ceteris terris, imitatione digna esse deberet. Cum vero & per Italia maximã partem, & in alijs omnibus, aut prope omnibus transmarinis Ecclesiis, partim quia nunquam facta sunt, partim quia vel orta vel inueterata, sanctorum & vere de vita futura cogitantium Episcoporum diligentia & animaduersione, excincta atq; deleta sint, dubitamus quo modo possimus tantam morum labem, vel proposito tam lato

XXXVII. le Possid. vit. 5. Au. 13. ep. 13. AVGVSTINVS EXA GITAT MA NICHÆOS

XXXVIII. DE CORR. OTIONE TOTIVS AFRICANÆ ECCLESIAE AGIT AVGVSTINVS I. Aug. 13. ep. 13.

* conlio. rum

in Rom. 13.

XXXIX.

AGAPES RATIONABILI CAUSA SVBVLATA.

II. C. P. II.

XL.

SVBLATA ANTE IN MYLTIS ECCLESIIIS TRANSMARINIS.



exemplo, emendare? Erros quidem illarum partium hominum habemus Episcopum, unde magnus agimus gratias Deo: quamquam enim modesta atq; lenitate est, cuius deus, prudentie & sollicitudinis in Domino, ut etiam si Afer esset, cito illi de Scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa & male libera conjectura vulnus inflixit. Sed tanta pestilentia est huius mali, ut sanari profus (quarum hinc videtur) nisi Concilio auctoritate non possit. Aut si ab vna Ecclesia imbecilla est medicina: sicut videtur audacia, mutare canari quod Carthagenensis Ecclesia tenet; si magna impudentia est, velle seruari, que Carthagenensis Ecclesia correxit. Ad hanc autem rem quis alius Episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconum execrabatur: hæc ipse.

Quod vero res longa firmata consuetudine ita videretur viris illis, ut perdifficile statim penitus conuelli posset; inde est, quod idem S. Augustinus Aurelio persuadet, lenitate non autē seueritate agere, & exemplo potius quā præcepto: nam subdit. Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est, non asserere, (sicut scriptum est) in spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam litteræ tuæ induces germanissima charitatis; ut tecum tanquam mecum audeam colloqui. Non ergo offere, quantum existimo non duriter, non modo imperioso ista tolluntur magis docendo, quam iubendo: magis monendo, quā minando: si enim agendum est cum multitudine, seueritas ante exerceunda est in peccata paucorum. Et si quid memineris, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram. Et præterit hæc quidem cuncta, quæ auferenda Augustinus iussit, & modum, quo ab olenda forent, Aurelius, nimirum cum id fecit auctoritate generalis Concilii ex omnibus Africanis prouincis, Carthagine congregatis; sed id quidem lenitate & temporis spatio. Si quidem post annos sex, in Concilio Carthagenensi isthæc omnia fuerunt abolita; vbi Patres & inter eos Augustinus iam Episcopus hæc b. sancierunt, incipientes iudicium a domo Dei, videlicet:

Vnicuique Episcopi vel clericus in Ecclesia conuincatur, nisi forte transierit, hostiarum necessitate uti liceantur. hæc de Episcopis & clericis; laicos vero hoc edito canone monuerunt: Populi etiam ab huiusmodi conuiciis, quantum fieri potest, prohibeantur. hæc in Concilio Carthagine habito, Cæsario & Attico Coll. anno Domini trecentesimo nonagesimo septimo.

Sed quid præterit Augustinus Aurelio putauit necessitatio inculcandum? Quod enim eadem quoque conuiuia & Agapes ex antiquo vbi bene introducta, sed prauis moribus corrupta, non solum exhiberi solita erant in sepulchris sanctorum martyrum, sed etiam in memoriis defunctorum. idem S. Augustinus ita hæc tolli suadet, vt tamen consilium velit pijs oblationibus pro animabus defunctorum impere vt quæ ad eorum sepulchra ferebantur, erogarentur in pauperes: sic enim ait de: Sed quantum ista in cæmeteriis ebrietas & luxuriosa conuiuia, non solum honoris martyrum dignitatem & imperium plebe crederent, sed etiam solatia mortuorum: imbi videtur facillius illis dissuaderi posse sciam scilicet ac turritudinem si de Scripturis prohibeatur: & oblationes pro spiritibus defunctorum, quas vere aliquid animare credendum est, super ipsas memorias non sunt sumptuose, atq; omnibus penitentibus sine typho & cum alacritate prestantur, neq; vendantur: sed si quis pro religione aliquid pecunie offerre voluerit, in præsentis pauperibus erogat, ita nec de seere videlicet memorias fuerunt, quod potest genere non lenem carere dolorem; & id color abitor in ecclesia, quod pie & honeste celebratur hæc de his S. Augustinus. Intueris, lector, quam inuicite atq; in pie calamitentur recentiores hæc reitici, qui huiusmodi oblationes præstantes à populo pro animabus defunctorum, ex cogitatis tradunt à moribus oblationum ecclesiarum ministrantium clericorum; cum illas omnes non clericis, sed pauperibus elargiti, Augustinus fuisse. Cum autem istas comestationes ex Augustini consilio Aurelius Carthagenensis Episcopus sustulisset, ex eo accidisset vt populus ab omni pro defunctis pijs officiorum frequentatione cessaret: opus fuit Christianis ad eas præstantas pro defunctis oblationes, Ecclesiastica lege facta, compellere, tanti equini existimare patres populum in antiquo pietatis officio retinere. Quam obrem in eodem Carthagenensi Concilio Aurelius cum alijs Africanis Episcopis hæc de creauerit:

Qui oblationes defunctorum ante negant ecclesiam, aut cum difficultate reculant, tanquam egentium necatores, excommunicantur. cur id, nisi quod vt ex Augustino dictum est eadem omnes ac itam erogabantur in pauperes? quas quidem non exiguas fuisse intelligere potes, cum adeo pauperes is alerentur, vt earum subtractione necari idem egeni dicebantur. At de his modo hæc tenus.

Hoc eodem anno cœptæ sunt dissensiones illæ inter S. Epiphanium Constantiæ Cyprî & Ioannem Hierosolymorum Episcopum, occasione hærefam Origenis, quas ille vna cum Rufino, Palladio, Ildoro, & alijs compluribus defendendas ac propagandas infeliciter susceperat. Quod enim sanctus Hieronymus in epistola ad Pamphilium tres numeret annos à susceptæ cõfessionis exordio vsque ad tempus illius epistolæ, quam scripsit fuisse post sequentem annum suo loco dicemus, satis apparet hanc ipsam altercationem hoc anno cœpisse, de qua nos sequenti anno opportunitiori occasione agere aggrediemur.

I E S V C H R I S T I
Annus 392.

SIRICII PAP.
Annus 8.

VALENTIN. 17. IMP.
THEODOSII 14.

CEQVITVR Christi Redemptoris annus trecentessimus nonagesimus secundus auspicio Consulatus Arcadii Augusti secundum cum collega Rufino, qui vna cum Consilatu auctus est quoque Præfectura Prætorii; de quo S. Ambrosius fad Tatianum superior anno Consularem; Rufinus enim ex Magistro officiarum factus est in Consulari Præfectura Prætorii, ac per hoc plus posse cogit, sed tibi iam nihil obesse: est enim aliarum Præfecturam partium. Quibus gaudio vel ut amico, quia honore auctus, multum lenatus est, vel tibi filio, quia liberatus es ab eo, quem tibi grauorem iudicem arbitrabar. hæc ipse: has enim discipulas inter Rufinum & Tatianum narrat Zosimus q. vt de his ipsam Ambrosium loqui non dubites. Cum igitur redisset Theodosius in Orientem, quo præfente (vt vidimus) Genitiles de restitendis decurim facris nec mutare ausi sunt sine magno ipsorum periculo; Senatores, qui erant Romæ decurim cultores, inter quos omnes Symmachus Consulatus eminet, cum meliori em spem conceperit, publicæ legatione Valentianum conueniunt, vt ab ipso impetrent vetera sacra, quæ pluribus legibus editis abstulerat Theodosius. De hac quidem legatione quid in primis Paulinus dicat, & in quo fit corrigendus, videamus.

Egresso, inquit h. Theodosio de Italia, & Constantinopoli constituto Valentiano Augusto in Italia posito directæ relatio est sub nomine Senatû à Symmacho tunc Præficio Vrbis de recuperanda ara Vrbis & sumptibus caeremoniarum. Sed vbi comperit sacrosanctos Ambrosius, missa libello ad Imperatorem postulat, vt ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responderet. Quæ relatio accepta, præclarissimum libellum composuit, vt contra nihil vngquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere. hæc Paulinus, qui mox subdit de nece Valentiani, quæ paulo post accidit. At confundere ipsam hanc posteriore Genitium Senatuum legationem cum priorē, factis supertius demonstratum est, cum docuimus de tempore Vrbis Symmachi Præfecturæ. Quod si velimus cum confudisse Præfecturam Vrbis cum Consulatu, quem Symmachus gessit anno superiore; dicenda esset eiusmodi legatio contigisse vltimo anni superioris tempore: nam Theodosium recedentem ab Italia peruenisse Constantinopolim vidimus IV. Id. Nouembris.

Verum testificatione ipsius Ambrosii demonstratur, nouissimam hanc legationem missam esse ad Valentium, hoc anno paulo ante eius obitum; de qua hæc ipse in funebri laudatione i. Deum pro eius anima interpellans: Solue ergo seruo tuo minus tue gratiæ, quam ille nunquam negabit: qui ante diem mortis, templorum privilegia negauit, insurgentibus, ipse reuerteret. Assabat virorum cetera Gentilium: supplicabat Senatui. Non mecebat hominibus displicere in Christo.

ita ibi

XLI.
CONVE-
TVDOL-
TYS LENI-
TER TOL-
LENDI.
a Gal. 6.

b Conc.
Carthag.
c. 10.
XII.
CANONES
DE ARRO-
GATIONE
AGAPE.
c. 10.
Eod. Con-
cil. 10.

XLIII.
CORRI-
CENDI
NON TOL-
LENDI.
ORATIONE
PRO DEFUN-
CTIS.
c. August.
q. 1. 64.

ORATIONE
PRO DEFUN-
CTIS.
VBI PAV-
PERVM DE
STINARI.

c Conc.
Carthag.
c. 31.

XLIV.
DUALI-
SIONE
INTRA
PITHA-
RUM ET
1048888

I
DE COM-
LAVIT
PRÆ-
CTURA
PRÆTORII
1048888

264

II
h. Paul. in
Vrb. dicit
DE LEGA-
TIONE
GENITIV
1048888

III
VALENTI-
NIANVS
IMP. RE-
CIT. LEGA-
TIONEM
GENITIV
1048888